



**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

16. Vt lite pendente nihil innouetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

ad hoc quod potest iudex arbitrari intra quem terminum reus comparere debeat ad prestandam cautionem, & expensas, & ad recuperandam possessionem, ut per Perez l. 1. gloss. 1. q. 20. vers. sed hodie, tit. 9. lib. 3. Ordin. Menoch. de arbit. casu 6. n. 11. Soar. de Pace in pract. tom. 2. p. 1. cap. unico, n. 46.

Notatur etiam ad hoc quod non solum seruandum est mandatum, sed & qualitas ipsius, ut per Tiraq. in l. si unquam, c. de reuocat. donat. verbo, l. p. 1. n. 59.

Ad restituendas expensas nullatenus compellaris.] Aduertit Soar. de Pace d. cap. unico, n. 47. & 48. quod hic reus negabat se contumacem fuisse, asserens per appellationem a iudicio recessisse, ac ideo eum a principio non constaret de legitimitate appellationis praestita cautione de stando, & parendo, & dilata solutione expensarum in euentum probationis contumaciae, reus recuperat possessionem, si vero a principio constaret de illegitimitate appellationis, reus comparens teneretur prestare cautionem, & expensas soluere, etiam si ab actore non peterentur.

In gloss. Obuiis. ibi, & per hoc videtur renuntiasse appellationi. Notatur ad hoc quod offerens se soluturum id, in quo fuit condemnatus, dicitur sententiam ratificare, ut per Surd. de aliment. tit. 9. q. 26. num. 131.

In ead. gloss. ibi, Dicat ex quo aduersarius, &c. Notatur ad hoc quod actus gestus per partem in iudicio nunquam nocet, si non fuit a parte acceptatus, sed impugnatus, ut per Menoch. consil. 320. numero 25.

S U M M A R I V M.

- 1 Aduersarius si citatus non comparet ad remota loca se transferens, nec aliquis apparet qui defendat, tunc agens in possessionem causa custodia mitti debet.
- 2 Litera citatoria per edictum debent poni in loco publico.
- 3 Reus si ante citationem abfuerit, non habet locum missio in possessionem ex primo decreto.
- 4 Amici aut vicini absentis debitoris citandi sunt antequam proueniat ad secundum decretum, qui ad hoc sunt requirendi, ut id possint denuntiare citatio, n. 5.
- 6 Citatio in persona unius ex familia exequuta non valet nisi sit apprehensus in domo.

CAP. Si aduersarius. IV. & vlt.

Gregor. IX.

Aduersarius si citatus non comparet ad remota loca se transferens, nec aliquis apparet qui defendat, tunc agens in possessionem causa custodia mitti debet. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panor. Anchi. Host. Bald. Butr. Cuiac. Viuijan. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 119. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 243. remissum Ximen. in concordant. p. 1. & 2.

Publice.] Ergo in loco publico debeat poni litera, ut per Tiraq. de retractu lig. 5. gloss. 2. n. 9. & n. 13. quod debet fieri alta voce, Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 1. §. 8. ibi, mandamus que sejan dados ptegoes pessos praças, &c. e postas aluaro de editos, nam licet attenta praedicta Ordin. Regia Lusitan. & alia apud Castellanos 3. tit. 10. lib. 4. noua recopil. vbi Azcued,

n. 27. requiratur copulatio quod scilicet per plateas praeconia fiant, & edicta affigantur, ut attestantur Vant. de nullit. ut. ex defectu null. n. 12. Marant. conf. 29. n. 15. sufficit tamen citatorium edictum vno in loco affigi, Dec. consil. 18. n. 171. volum. 1. Surd. consil. 181. num. 54.

Post citationis edictum.] Ergo si ante citationem reus abfuerit, non habet locum missio in possessionem ex primo decreto, ut per Soar. de Pace in pract. tom. 2. p. 2. cap. unico, n. 28.

In gloss. Qui defendat, vlt. ibi, alias requisitis. Notatur ad hoc quod citandi sunt amici absentis debitoris antequam proueniat ad secundum decretum, ut per Tiraq. seu. temper. c. 22. n. 70.

In ead. gloss. ibi, Si non defendatur. Ergo requirendi sunt amici, aut vicini, qui id citato renuntient, aut si velint defendant, ut per Tiraq. de retractu lig. 5. gl. 1. n. 14. & ibi, dicit in Gallia obleruari, ut non valeat talis citatio, nisi nuntius iniungat cuiuspiam ex familia citati, aut vicinorum, ut citatum ipsum certiore de ea re faciat, non tamen est necesse literas alicui relinquere de familia, Surd. conf. 88. n. 16. Advertere tamen oportet citationem in persona unius de familia executam non valere nisi sit apprehensus in domo, idem Surd. d. conf. 88. n. 6.



Vi lite pendente nihil innotetur.

TIT. XVI.



PER hanc rubr. Scripserunt Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panor. Anchi. Butr. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canon. Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Martin. Mesnart. in epitome Decretal. Dan. Venator in analyt. methodica iuris Pontificij, Goffred. & Host. in sum. huius tit. Lancelot. in inst. Canon. Canis. in summa iuris Canon. Cafar. lib. 2. etiam eiusdem iuris, Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in exposit. titul. iuris Canonici, nouissime Ioan. Honor. lib. 2. summa ad Decret. omnes sub hac rubr.

De materia huius tit. vide Cot. in memorabil. verbo, lite pendente, pag. mihi 552. Nanar. tom. 1. consil. sub hac tit. Flamin. de resign. benef. lib. 1. q. 4. n. 1.

S U M M A R I V M.

- 1 Privilegium etiam a Principe impetratum, per quod priuatur quis sine cause cognitione lite pendente usu possessionis tanquam subreptitium non valet, seu tanquam rationi obuium est reuocandum.
- 2 Possessorum iudicium competis pro honore.
- 3 Archiepiscopus potest ante se deferri facere Crucem per totam Prouinciam.
- 4 Iure simpliciter dicitur fieri, quod per consuetudinem fit.
- 5 Arbitrari ad pronuntiandum secundum iura, potest, & debet pronuntiare secundum statuta, & consuetudines.
- 6 Consuetudo est optima legum interpret.

CAP.

CAP. A memoria. I. Alex. III.

Lite pendente nihil est innouandum, nec alicui laufferenda possessio, vnde si obtineantur literæ, quibus aliquis priuatur sine causæ cognitione vsu possessionis, literæ illæ tanquam subreptitiæ non valent, donec constet an sit iuridicè possidens. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Bald. Panorm. Butr. Anchar. Cuiac. Vinian. in *rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 121*. Alagona in *compendio iuris Canon. pag. 244*. remissive Ximen. in *concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 9. c. 1.*

Notari solet hic text. ad hoc quod inhibitioni contrahere non dicitur qui suam continuat possessionem, vt per Mandos. *de inhibiti. q. 9. sub n. 3. & 9. 2. 3. & super reg. de subrogandis. q. 8. n. 5.* Hieron. Gabr. *conf. 52. n. 17. lib. 1.* Lancelot. *de attent. p. 2. c. 4. limit. 1. n. 10. & c. 20. limit. 9.* Farin. *fragm. crimin. p. 2. lit. 1. n. 324.* vbi n. 325 docet vnumquemque lite pendente suam possessionem continuare posse.

Consuevis facere, &c.] Notatur ad hoc quod pro honore competit iudicium possessorum, vt per Tiraq. *de nobilit. c. 20. n. 57.* Ioan. Garc. *cod. tract. gl. 3. n. 59.* vbi etiam quod antiquiori, & nobiliori competit locus honorabilior, quod si ab eo deturbetur, sit illi iniuria, quam de facto potest propellere, de quo etiam idem Ioan. Garc. *de expensis. c. 8. ad fin. Lat. in l. si quis à liberis, in princip. n. 2. §. de liber. agnos. quos refert parens meus in annot. ad Ordin. Regias Lusit. lib. 2. tit. 1. §. 2. n. 4.*

Ante vos per totam Angliam deferre crucem.] Notatur ad hoc quod Archiepiscopus potest ante se deferri facere Crucem per totam suam Provinciam, vt per Stephan. Quarant. in *summa Bullarij, verbo, Archiepiscopi auctoritas, auctor. 28.* & de Patriarcha dixi in *tract. de officio, & potestate Episcopi, p. 1. tit. 3. c. 1. n. 23.* & dicam ad c. antiqua, de priuilegiis.

De iure hoc debeat habere.] Notatur ad hoc quod de iure simpliciter dicitur fieri, quod per consuetudinem fit, vt per Tiraq. in *præf. le mort, de clat. 7. n. 5.* Et arbitrat ad promittendum secundum iura, potest, & debet pronuntiare secundum statuta, & consuetudines, Duen. *reg. 56. in princip. nam consuetudo est optima legum interpretes, Tiraq. de nobilit. c. 10. n. 9.* Afflict. *Neapol. decis. 166. sub n. 9. & decis. 173. n. 3.* Menoch. *conf. 32. n. 44. conf. 577. n. 2. & 3.* Camil. Borrel. in *summa omnium dec. tit. 14. de consuet. n. 88.*

S V M M A R I V M.

- 1 Coniux accusatus de adulterio ad separationem thori non debet lite pendente priuari possessione coniugali.
- 2 Carnale commercium non interdicitur coniugibus lite pendente super coniugio, intellige vt ibi.
- 3 Coniux prohiberi potest ne rem agat cum altero post probatam accusationem.
- 4 Beneficio priuandus per sententiam potest lite adhuc pendente ante sententiam resignare in fauorem tertij.

CAP. Laudabilem. II. Clem. III.

Coniux accusatus de adulterio ad separationem thori, ante probationem accusationis non est priuandus possessione coniugali. Colligunt ex Ordin.

Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Host. Bald. Panorm. Anch. Butr. Henric. Cuiac. Vin. in *ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 121.* Alagona in *compendio iuris Canon. pag. 245.* remissive Ximen. in *concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 9. c. 2.*

Probat hic text. lite pendente super coniugio non 2 interdici coniugibus carnale commercium, vt per l. 8. tit. 2. p. 4. Roman. *ing. 4. 1. 1.* Couar. *de sponsalib. p. 2. c. 8. §. 1. n. 5.* Sahag. *ad c. 1. n. 8. inf. de sequest. possess.* Nauar. in *c. si quis autem, n. 127. de pœnit. dist. 7.* quod quidem intelligit Sanch. *de matrimoniis lib. 7. disp. 2. n. ult.* cum nulla lite pendente, sed approbante Ecclesia matrimonium in eius facie contractum fuit, vel quando ante litem motam est contractum matrimonium, nisi contraheretur stante alio matrimonio, quia tunc cum possessio stet pro priori, interdicitur posterioris vsus, dam de prioris valore disceptatur: in foro tamen conscientie quid dicendum sit docet idem Sanch. *l. 2. disp. 41. n. 50. vers. quid autem,* vbi ait quando matrimonij valor dubius est, & ad illud dissoluendum ius agitur, huiusmodi litem nec concedere, nec auferre ius, sed perinde censendum esse ac si ea mota non esset ad iudicandum vtrum in eo dubio licitum sit reddere, & petere.

Ante probatam accusationem.] Ergo post probatam 3 accusationem potest coniugi prohiberi ne ad intimam rem agat cum altero, vide Duen. *reg. 42. lim. 1.* Et notari potest ad illud quod priuandus beneficio per sententiam, vt quia eo adepto homicidium commisit, aut aliam irregularitatem contraxit, potest lite adhuc pendente ante sententiam resignare in fauorem tertij, vt per Couar. in *Clein. si furiosus, de homic. p. 2. §. 3. n. 1.* Rebuff. *de pacificis possess. n. 161.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 3. quest. 16. n. 8.* Ceuall. *communium contra communes, quest. 147. n. 7.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 42. n. 2.* Sanctarel. in *tract. de hæresi, c. 33. num. 8.*

S V M M A R I V M.

- 1 Alienans rem litigiosam, qua reuocari non possit, debet æquivalentem substituere in locum illius, quam alienare non poterat, & n. 2.
- 3 Attentata post euocationem reuocantur.
- 4 Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.

CAP. Ecclesia. j. III. Innoc. III.

Lite pendente res litigiosa non debet in alium 1 transferri, & si de facto transferatur, ita recuperari non possit, alia res restitui non debet loco illius, quæ censetur litigiosa eodem iure, vt prima, nec alterari poterit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anch. Anan. Host. Bald. Panorm. Butr. Henric. Cuiac. Vin. in *ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 122.* Alagona in *compendio iuris Canon. pag. 245.* remissive Ximen. in *concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 4. de restit. spoliat. c. 1.* vnde facile intelliges hoc fragmentum.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Tiraq. *de retract. lig. §. 31. gl. 1. n. 3.*

Notatur ad hoc quod attentata post euocationem reuocantur, vt per Rebuff. *tom. 1. ad leges Gallia, tractatu de euocatione pag. 270. n. 103.*

Qua successerunt in locum, &c.] Notatur ad hoc 4 quod

quod subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, vt per Tiraq. de iure primog. q. 4. n. 43. & Jeq. Euerard. in topicis legalib. loco 93. Gamar. in Dialectica legali, l. 2. de loco subrogato 4. Cardin. Tusch. tom. 7. lit. S. concl. 757. Brunot. à Sole in locis communib. verbo, subrogatum, cum aliis pluribus citatis in libello, de principis vtriusque iuris, lit. S. n. 16. vbi multipliciter limitatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Commissio causæ facta in Curia, non facta mentione de lite extra illam, non valet.
- 2 Acta post euocationem intimatam non valent.
- 3 Instrumentum crediti reddens creditor presumitur creditum remisisse.
- 4 Quitantias in iudicio producens sine protestatione aliqua solutiones in ea contentas ratificare videtur, etiam si productio sit facta à procuratore.

CAP. Ecclesia. ij. IV.

Idem quod in præcedenti tex. probatur. Colliguntur ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Host. Bald. Butr. Cuiac. Viuian. in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 122. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 245. & remissive Ximen. in cont. p. 1. & 2.

- 1 Ad curiam suam idem negotium venocauit, &c.] Notatur ad hoc quod si in aliqua causa spirituali, vel prophana pendet lis extra Curiam Romanam, & committitur de speciali mandato tractari in Curia, non facta mentione de litis pendente, talis commissio non valet, vt per Palat. in reper. c. per vestras, de don. inter virum, notab. 4. n. 2. ad fin. Xuar. alleg. 28. n. 25.
- 2 Irritum decernimus, &c.] Notatur ad hoc quod acta post euocationem intimatam non valent, vt per Rebuff. tom. 1. ad leges Gallie, tract. de euoc. art. 1. n. 82. pag. 269. Et de auocatione causæ facta motu proprio, vide Couar. pract. c. 9. n. 6. cum segg.
- 3 Qui nobis instrumentum pignoris resignauerunt.] Notatur ad hoc quod instrumentum rediti credens creditor presumitur creditum remisisse, vt per Menoch. de presump. lib. 3. praes. 140. per totam. Sicut etiam producens quitantias in iudicio sine protestatione aliqua solutiones in ea contentas ratificasse videtur, l. publica, §. fin. ff. de positi, Dec. in c. cum venerabilis, n. 12. inf. de except. Surd. conf. 5. n. 37. & conf. 28. n. 47. etiam si productio sit facta à procuratore, Caputaq. decis. 193. p. 1. quos refert, & sequitur Rota dec. 614. n. 3. apud Farin. p. 1. recent.

S V M M A R I V M.

- 1 Lis decidenda est secundum iura existentia tempore controuersie, non autem secundum privilegium impetratum lite pendente, nisi de lite pendente mentionem faciat.
- 2 Decime pradiales curato illius Parochie debentur, cuius loco pradia sita sunt.
- 3 Nouale quod dicatur, remissive.
- 4 Privilegium concessum non facta mentione litis pendente valet.
- 5 Rescriptum concessum cum clausula, Motus proprii, de lite cepta mentione non habita, est nullum.
- 6 Impetrans de lite nulla non tenetur facere mentionem.

CAP. Dilectus. V. & vlt. Honor. III.

Priuegium fauorabile obtentum quando litigatur de aliqua re non valet, si in eo non fiat mentio de lite, vel indulgentia. Colliguntur ex ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Host. Henric. Butr. Cened. Collect. 53. Cuiac. Viuian. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 123. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 245. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Super decimis noualium intra fines, &c.] Notatur ad hoc quod pradiales decime curato illius Parochie debentur, cuius loco pradia sita sunt, vt per Rebuff. de decimis q. 7. n. 3. Rota apud Farin. dec. 178. n. 1. p. 1. recent. & decis. 371. c. p. 1. Nouale quid dicatur, vide Ferret. conf. 195. n. 2. lib. 1. Monet. de decimis, c. 4. n. 50. Rota decis. 223. n. 1. cum segg. apud Farin. p. 1. recent.

De dista questione facta mentio non fuisset.] Notatur ad hoc quod privilegium concessum non facta mentione litis pendente nihil valet, vt per Capyc. decis. 220. n. 1. Anton. Gabr. lib. 2. commun. tit. de iudic. concl. 4. Lancelot. de arrent. p. 2. c. 4. n. 630. Cened. ad Decret. collect. 33. n. 1. nam privilegium impetratum etiam motu proprio, de lite pendente nulla facta mentione, nihil operatur, vt per Gabr. commun. lib. 6. de clausula. concl. 2. n. 1. cum segg. Menoch. de arbit. casu 202. n. 12. plures per me citatos in tract. de claus. vbi segg. claus. 79. n. 45. Cened. ad collect. 53. n. 1. vbi n. 3. querit, an idem esset dicendum quando adesset clausula ex certa scientia. Regulariter enim rescriptum vel privilegium obtentum lite pendente de ea non habita mentione, est nullum, Rebuff. tom. 3. ad leges Gallie, pract. de euocat. n. 78. Perez. tit. 3. lib. 3. Ordin. pag. 429. & 701. Azeved. l. 1. n. 5. tit. 5. lib. 4. noua recop. Flamin. de resign. benef. lib. 1. q. 3. n. 60. cum segg. ita vt etiam de statu causæ sit facienda mentio. Lancelot. de arrent. p. 2. c. 4. illar. 7. n. 649. Menoch. de arbit. casu 206. n. 6. Steph. Grat. discept. forens. c. 100. n. 37. De lite vero nulla impetrans non tenetur facere mentionem, siue sit nulla ipso iure, siue veniat annullanda. Ruin. conf. 8. lib. 4. Afflict. decis. 366. ex n. 9. Menoch. ad casu 202. n. 81. Lancelot. d. c. 4. n. 651. Malcard. de probat. concl. 846. n. 20. Cened. ad collect. 53. n. 4. vbi intelligit, siue lis esset nulla ipso iure, siue veniret annullanda ope exceptionis, & n. 5. cum Menoch. vbi proxime n. 14. idem resolutum quando lis esset deserta.

Indulgentia non obstat, &c.] Notatur ad hoc quod ius superueniens auctori lite pendente regulariter ei non prodest, vt per Socin. reg. 269.



De Sequestratione possessionum, & fructuum.

TIT. XVII.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Sequestrationum materiam qui DD. tractant citantur.
- 3 Deus quare dicatur sequester noster.
- 4 Sequestratio dicitur à verbo sequestrare quod idem est ac separare, seu diuidere.
- 5 Sequester probabilis dicitur à sequendo quod eius, qui electus sit, utraque pars fidem sequatur.
- 6 Sequestrum nomine veniunt interpretes, commissarii, pignores, captores, questores, recuperatores, proprie tamen comprehenduntur illi, apud quos res super qua controuersia est, deponitur.

7 Sequa